Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

dominica iiij

Dnica iiij

Cum autem venerit ille ar-
guet mundum de peccato et de
iustitia et de iudicio. Ioh. xvi. Ver-
ba proposita scripta sunt in evangelio hodi-
erno et sunt filii dei peccatores ad
penitentiam provocando. Arguet enim
filius dei tribus peccatores. primo de
peccato et hoc notatur quod dicitur arguet mun-
dum id est mundanos de peccato quod fece-
runt. Secundo arguet eos de iudicio
quod non timuerunt. Tertio arguet
eos de iustitia quam non tenuerunt.
Circa primum nota quod peccatum est dig-
num argutione propter multa mala que
facit. Primum malum est hoc quod fa-
cit quod maculat animam. Unde morta-
le peccatum ita turpe facit animam quod
Christus et sancti angeli eam cognoscere no-
luerunt. quamvis omnia nuda et aperta
sint oculis domini tamen peccatum ita
maculat animam quod Christus non vult cog-
noscere eam. Ex. in lucifero et cetera. Unde
Tren. denigrata est super carbones
facies eorum et non agnita sunt in
plateis. Ysa. unusquisque ad proximum
suum stupebit. Quod sic facient mu-
lieres que se habent pingere et ornare
cas ubi sit de ingratitudine. Ex. quanto plus
se ungunt tanto melius ardebunt.
Secundum malum quod facit hoc est
quod amittitur deus propter unum morta-
le peccatum et omnes celestis curie.
Dico enim quod peccator tantum offendit
deum per peccatum quod dedignatur eum vi-
dere. Ex. in Luc. de zacheo qui
pre turba id est multitudine peccatorum non po-
terat videre ihesum sed quando ascendit
arborem id est quando cepit cogitare de
deo et tunc vidit eum cum oculis cordis
et vidit eum dominus et intravit in do-
mum suam. Sic iste animo peccator dimit-
tit peccata tunc videt eum deus
que prius existere ipsius videre
noluit et intravit spiritus sanctus
in corde eius et mansionem facit
apud eum. Oratio domini. Tertium
malum quod facit est hoc quod perdit
tibi sufficientiam ecclesie et separat te
ab omnibus bonis que fiunt domi-
ni. Levit. xiii. Homo qui fuit de se-
mine aaron leprosus non vescetur
de hiis que sanctificata sunt nisi prius
sanetur. Homo leprosus est peccator qui
non vescitur id est non habet partem omnium bonorum
que fiunt in ecclesia nisi prius sanetur
id est mundetur per penitentiam. Tertio
nota quod iustitia nullo modo dimitten-
da est. illi enim qui eam dimittunt
digni sunt argutione. quia iustitia tria
bona facit. primum est quod iustitia
custodit homines contra adversarium su-
um. Dan. ix. Legitur quod deus misit
angelum suum et conclusit ora leonum
et non nocuerunt ei quia coram eo ius-
titia inventa est in eo. Per istos
leones demones intelligimus qui
semper querunt quomodo possint nos
occidere et devorare. Sic dicit Petrus.
Sed duo nos custodiunt scilicet angelorum
custodia et vera iustitia. Sic enim ar-
ma defendunt homines ab ictu gla-
dii sic iustitia contra iram dei. Secundum
est quod iustitia facit hominem ami-
cum deo. Unde psalmista: Rectus dominus et iustitias
dilexit. quomodo sic enim aliquis rex
gaudet et diligit ballivum suum
qui bene tenet iustitiam et punit
bene facta malefactorum. Sic rex celi
gaudet et bene diligit homines qui
bene tenent iustitiam de se ipso et bene
puniunt facta sua que fecerunt prius. Iusti
autem hereditabunt terram. Circa